DISPUTATIO SOLEMNIS
De
ADMINISTRATIONE BONORUM ECCLESIÆ TEMPORALIUM,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex L. Jubemus 14. L. Sancimus 21. Auth. Hoc jus porrectum. Auth. Perpetua Auth. Sed & permutare. Auth. Item prædium. Auth. Qui rem. Auth. Præterea Cod. de S. S. Eccleſiis. C. Ea enim 2. C. 10. q. 2. c. ſine Exceptione. 52. C. 12. q 2. cum c. Terrulas ſeq. c. Precariæ. 4. C. 10. q. 2. c. ut ſuper 8. & t. tit. X. de Rebus Eccleſiæ non alienandis, & ſimilibus.

QUAM

DIVINI NUMINIS AUXILIANTE GRATIA
DECRETO ET AUCTORITATE
NOBILISSIMI Atq; AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM
ORDINIS *In Electorali Francofortenſi Academiâ.*

PRÆSIDE

VIRO

SPECTABILI, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO Atq;
CONSULTISSIMO

Dn. JOHANNE BRUNNEMANNO,
Phil. ac. J. U. D. Cod. Juſtin. P. P. ac Ampliſſimæ Facultaris Juridicæ p. t. DECANO.
Dn. Fautore ac Promotore Suo perpetim ſuſpiciendo.

PRO LICENTIA
In utroq; Jure ritè legitimeq; conſequenda
Ad diem 22. April. horis ante & pomeridianis publicæ & amicæ ventilationi ſubjicit.

PAULUS RANGIUS,
Stargard. Pomeranus.

Francofurti prælo ERASMI RÖSNERI,
Anno χειϛογονίας 1652.

234

VIRIS
Conſultiſſimo atq́; Prudentiſſimo

Dn. ANTONIO HANNOTEAU,

Ordinis Senatorii apud Sedinenſes
meritiſſimo.

Reverendo & Doctiſſimo.

Dn. JOHANNI RANGIO, Paſtori in Klempin & Lübo fidelisſimo fratri germano.

Clariſſimo Præſtantiſſimo & Doctiſſimo

Dn. DAVIDI Liſtekow/ Juris U.
Candidato.

Strenuo ac literarum ſcientiâ & experientiâ conſpicuo

Dn. MICHAELI RANGIO, p. t.
Vice-Capitaneo fratri germano
Prudenti & Integerrimo.

Dn. DIETERICH Maßowen/
Civi & Mercatori apud Sedinenſes
celebri.

Amicis, Fautoribus, & Fratribus germanis perpetim ſuſpiciendis & ſincere amandis.

Hanc Inauguralem, ex ſincero & pro
favore oblato affectu debito.

Dedicat & Offert

PAULUS RANGIUS,
Author.

Prooemium

QUemadmoum Temporalia debent ex Jmperiali diſpoſitione adminiſtrari & legibus diſponi, *Teſte Marco Antonio de Dominis Archiepiſcopo Spalatenſi. lib.6 cap. 6. n. 26. de Republ: Ecclſiaſt:* ; Ita non minor cura jmperatori Juſtiniano fuit Eccleſiæ ceu jmperij matris, *Nov. 3. in pr.* cujus Advocatus eſſe dicitur, *gl: & Card. Clem: 1. §. fin: de Jurejurando*, quam eorum, quæ ſanctiſſimis Eccleſiis proſunt. *Nov: 3. in fine Epilogi*: Nihil enim ſic erit Studioſum Jmperatoribus, *pergit in Nov. 6. in præfat.* ſicut Sacerdotum honeſtas, cum utique & pro illis ipsi ſemper Deo ſupplicent.

Cujus ſumma Jmperatoris noſtri cura, exinde quoque manifeſtè apparet, dum innumerabiles penè condidit leges, de Re Eccleſiaſtica, quibus Novellæ ipsius Conſtitutiones plenæ ſunt, ut ſubsequentes fere omnes adimpletæ de Re Eccleſiasticâ, reperiantur, quas nominatim hic apponere non piget, ut in Nov: 3. Nov. 5. Nov. 6. Nov. 7. Nov. 11. Nov. 16. Nov. 22. Nov. 40. Nov. 37. Nov. 43. c. *1.* Nov: 46. Nov. 55. Nov. 56. Nov. 57. Nov. 58. Nov. 59. Nov. 65. Nov. 67. Nov 76. Nov. 79 Nov. 81. Nov. 83. Nov. 86. Nov. 111. Nov. 120. Nov. 123. Nov. 131. Nov. 133. Nov. 137. Nov. 146.

Ex his omnibus unicuique ſat ſuperque de Re Eccleſiasticâ conſtare poſſe, licet me non lateat, nec ulteriori indigere explicatione, manifeſta quæ ſunt. Attamen hoc non obſtante operæ pretium me facturum duxi, ſi deſcenſurus in disputandi arenam, materiam de Adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ temporalium placidæ atque amicæ disquiſitioni ſubmitterem. Verum quoniam univerſa tum demum benè & competenter geruntur, ſi rei principium ſit decens atq; amabile Deo, veluti piè loquitur jmperator Juſtinianus *in Nov. 6. in præfat*: : Meritò ad Dei Omnipotentis adjutorium præeunte Divo imper: Juſtin: *in l. Deo auctore 1. in pr: Cod de veter. Jure enuel:* quia Summæ Trinitatis favore, gratiâ & auxilio omnia conficiuntur *l tanta 2. §. omnia igitur. 1. Cod. eod*: In quo ad omnia conſilia, omnesq; actus ſemper progredimur. *l. in nomine. 2. in princ: Cod: de Offic. Præ-*

ſect : Prætor. Afric. animum meum erigo, & omnem ſpem, meo ingenio non confidens, ad ipſius refero providentiam qui facere poteſt, quæ petimus aut cogitamus. *Paul. ad Epheſ: 3. in fin.* Cum autem omnis quæ de re aliqua ſumitur diſceptatio à Definitione oriri debeat. *teſte Cicer: lib. 1. Offic. et Ulpian. in l. 1. ff. de Rebus Credit: & ſi certum pet.* ſequitur.

CAPUT PRIMUM.

De Definitione Nominali & Reali.

I. HIc primo omnium de Vocabulo Adminiſtrationis dicendum erit, licet in omnibus diſciplinis, inprimis in Jure noſtro, *ut luculenter apparet ex princ: Inſtit: quibus mod. re contrah. obligat. l. 1. ff. de injus vocando l. 1. §. pactum. 1. ff. de pactis.* potior rerum, *l. ſcire oportet. 13. §. aliud. 2. verſ. ſed etſi ff. de Excuſat tutor. l. pen. ff. ad exhibend.* prior tamen verborum quæ ſunt rerum notæ, ratio habenda. *docente Ulpiano in l. 1. in princ. ff. de Juſtit: & Jure. l. 1. in pri. ff. de Reb. Cred:* Eſt autem vocabulum compoſitum ex præpoſitione Ad & verbo miniſtro idem denotante quod ſervio, hinc Adminiſtrare propriè ſignificat loco ſeu Jure domini negotium gerere. *weſenbec: in π. ff. de procurat: n. 2.*

II. Definitur Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, quod ſit Jus de bonis Eccleſiæ diſponendi. Per vocabulum Juris intelligo vim ac poteſtatem, qualis in tutore & Curatore, quibus Adminiſtrator in non nullis comparatur, ut infra pluribus docebitur, cernitur. *l. 1. §. 1. ff. de tutelis. §. 2. Inſtit. eod* habentque iſtæ duæ voculæ VIS ac POTESTAS, unam eandemque ſignificationem, uti etiam in lingua noſtra vernacula Macht und Gewaldt. *Anton: Matth. in notis Inſtit: ad Tit: de Tutelis* Id circò à ICTIS paſſim conjungi ſolent, *ut in § adipiſcendæ 3. Inſtit: de Interdictis, & l. ſcire leges 17. ff. de LL. l. 1. ff. de noxal: action: l. ſi idem 7. Cod. de codicillis. Donell: lib. 3. comment: cap. 7,*

III. Eccle-

III. Ecclisia autem accipitur vel pro loco in quo ſacra celebrantur, vel pro cœtu vocatorum, vel pro Collegio ſacra facientium. *Paulus de Citadinis. in tract: de Jure patron: p. 3. cauſ: 1. num: 78. & Anton. Peretz in prælect: in Codic. in tit: de S. S. Eccleſ: in pr:* Mihi de prima ſignificatione potisſimum ſermo eſt. Et quamvis Eccleſia ſtrictè non complectatur omnia loca pia, hic tamen loca pia per extenſionem veniunt intelligenda. *Redoanus de Rebus Eccleſ: non alien: q: 3. num: 62. & q: 49. num: 1. & ſeqq.*

IV. Bona quia proſunt, à beando dicta. *l. bonorum 49. ff. de V. S.* reducuntur hoc loco ad tres Species; Aut enim ſunt Mobilia, aut (2) Immobilia aut (3) Jura & Actiones, & Nomina debitorum.

V. Mobilia quædam ſunt pretioſa, quæ ſervando ſervari posſunt. Quædam non ſunt pretioſa, aut quæ licet precioſa ſint, ſervando tamen ſervari non posſunt. *Molina de Juſtit: & Jure tomo. 2. tr. 2. disp: 465. n. 2.*

VI. Mobilium appellatione veniunt ea, quæ ſui natura de loco ad locum moveri posſunt, & loco circum ſcribuntur. *l. moventium. 93. ff. de V.S. Tuſchus practic: concluſ. 103. lit. B. Decius conſil. 472. n. 4. & ſeq:* Item annui reditus, ad modicum tempus, duorum vel trium annorum de conſvetudine, ſecus ſi ſint perpetui Tuſchus. d. concluſ: 103. num: 3. Gail. lib. 2. Obſ. 10.

VII. Immobilia iterum ſunt duplicia, Aliqua ſunt Immobilia per ſe, prout ager, posſesſio, domus. etc. Aliqua ſunt Jus quoddam immobilibus annexum prout annua præſtatio perpetuò deſtinata. *Tuſchus allegato loco, & Gail.*

VIII. In dubium vocatur, An Eccleſiæ & Perſonis Eccleſiaſticis ulla bona temporalia, præter primitias & decimas, præſertim autem bona immobilia posſidere conveniat & fas ſit. Hanc quæſtionem quoque movet Carpzov: *in Jurispr: ſuâ Eccleſ: lib. 2. Defin: 298. Petr: Greg: lib. 2 ſynt. cap 28.* Ratio dubitandi esſe poteſt hæc, quia Eccleſiaſtici Primitivæ & Veteris Eccleſiæ, ſine terrenis poſſesſionibus fuerunt; ſuſtentati enim ſunt ex liberis oblationibus: Sic Chriſtus, qui tamen erat Dominus terræ & plenitudinis ejus *Pſal: 24. v 1.* terrenas poſſesſiones habere noluit. Diſcipulos quoque ſuos jisdem carere voluit. *Matth. 10. v. 9.* Audivimus illum conquerentem, *Luc: 9. v. 58.* Volucres cœli habere nidos, & vulpes foveas; Filium verò hominis

non habere, ubi reclinet caput ſuum. Voluit tantum ad mortalem hanc vitam in neceſſarjis ſuſtentandam, à piis perſonis adjumenta accippere. *Luc: 8. v. 4.* quam Domini inſtitutionem quoque legimus. *1. Cor: 9. v. 13. & 14.*

Uſum hunc oblationum quoque ſancti Patres, Apoſtolos imitantes, commendarunt, uti Hilarius, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, qui in Epiſt: ſcripta ad Tit. c. 1. his utitur verbis: 'Episcopus, qui imitator Apoſtoli eſſe cupit, habens victum & veſtitum, his tantum debet eſſe contentus: Qui enim altari ſervierint de altari vivant. *1. Cor: 9. v. 13. & 14.*

Et cum Moyſi juſſum eſſet portiones incolatus diſtribuere duodecim gentibus Israel, ita de tribu Levitica præceptum eſt: Filiis Levi non erit portio neque ſors in medio fratrum ſuorum, quia DOMINUS DEUS EST PARS EORUM.

Origines *in Geneſ. homil. 16.* Sacerdotes Chriſtianos, ſi poſſesſionibus erant opulenti, comparat ſacerdotibus Pharaonis. *Gen: 47. v. 22.* Ait enim; *Vis* ſcire quid interſit inter ſacerdotes DEI, & ſacerdotis Pharaonis? Pharao terras concedit ſacerdotibus ſuis, Dominus autem ſacerdotibus ſuis partem non concedit in terra, ſed dicit eis, Ego ſum PARS VESTRA. De quibus omnibus prolixè *Marcus Antonius de Dominis. lib. 9. cap. 1. de Repul: Eccleſ: per totum.*

Ex his tamen non ſequitur Eccleſiæ non licere habere bona temporalia, ad ſuſtentationem Miniſtrorum verbi & pauperum deſtinata: Nam quemadmodum tempore Apoſtolorum non deerant pij fideles, qui integra prædia, & ſuas amplas poſſesſiones vendebant, & pecuniam ad Apoſtolos deferebant, pro ipſorum Apoſtolorum & aliorum pauperum ſuſtentatione: *Actor. cap. 2. v. 45. & cap. 4. v. 34.*

Ita ſequentibus temporibus multorum eadem liberalitas & pietas ſæpisſimè enituit, in legandis & donandis prædiis, quæ Eccleſia retinuit, nec vendere paſſa fuit, ſic tempore Hieronymi Eccleſiam habuiſſe villas & poſſesſiones: Ambroſium agros habuisſe Eccleſiæ & adminiſtraſſe, teſtis eſt *Marcus Anton de Dominis. lib. 9. cap. 3. n. 4. de Rep. Eccleſ:* Arbitratur quoque initium porrò prædiorum posſidendorum in Eccleſia, fuiſſe *Legem habeat Conſtantini Cod. de S.S. Eccleſiis,* quæ lex univerſalem tribuit licentiam, ut unusquisque ſanctisſimo Catholico venerabilique Concilio decedens, bonorum quod optavit,

vit, poſſit relinquere: Ejusmodi Oblationes bonorum immobilium vocant FUNDATIONES Beneficiorum, ſeu Dotationes. Sed tantum de Bonis Eccleſiæ in præſentia dixiſſe ſufficiat, venio jam ad Subjectum.

CAPUT II.

De Subjecto.

I. Hic in conſiderationem veniunt Perſonæ, quibus Jus adminiſtrandi, id eſt, gubernatio gerendi. *l. 28. §. 3. Cod: de adminiſtrat: tutor: & Curator*: competat, dicitur enim adminiſtratio rerum gubernatio. *d. l. 28.* Competit autem Prælatis, qui alias appellantur Abbates, Archimandritæ. *Nov. 5. cap. 7. & Nov. 123. cap. 24. l. 57. l. 53. verſ. ſi verò Cod. de Epiſcop. & Cleric. Pac. in Iſag. Cod. n. 22. & in Anal. Cod. n. 68. ad iſtum tit.* Et ſunt propriè ac ſtrictè loquendo, qui beneficia majora, ut Pontificatum, Patriarchatum, Archiepiſcopatum Abbatiam etc. poſſident. König *in theatr: poli: part. 1. cap. 37. n. 3. Beſold. in Theſaur: pract. ſub. tit.* Prælat *& tit.* Abbt. Hique adminiſtrationem cum Jurisdictione habere dicuntur. *Theobald. Henning, de dignitat: varjisq; titulis Eccleſiaſticis concluſ: 8.* Nonnulli autem Eccleſiaſticis officijs præſunt ſine Jurisdictione. *Henning d. cond. 8. Rebuff. in prax. beneficiorum Rubric: Seculare beneficium quotuplex: num. 8.* Quidam vero munus Perſonale in Eccleſiâ gerunt, docendo & curando animas diæceſanorum, eisque impertiendo ſacra ad ſalutem neceſſaria. *Matth. Stephan. volum. 2. diſcurſ. Academ. 2. vid Matthæum Vogelium in Theſauro Theolog. de Miniſterio Eccleſiaſt. pag. m. 468.* Quidam denique officium, inferius ſc: aliquod gerunt, quod nudum miniſterium circa res quasdam occupatum, absq; Jurisdictione & præeminentia complectitur, ut, ſacriſta, etc. Sed de his ultimo loco poſitis multum dicere, quia extra ſcopum ſunt, ſupervacaneum eſſe duco.

II. Cura autem rerum Eccleſiaſticarum ad Prælatum tum demum ſpectat, ſi electionem confirmatio ſeqvuta ſit, quæ à ſolo fit ſuperiore, qui poteſtatem concedendi & confirmandi habet: Eaque firmum jus tribuit & omnem defectum formæ perſonæque ſupplet, ſecundum *Mynſing. conſil. 19. num. 12. 13. 14. & 15. Roland. à Volle vol. 1. Conſil.*

2. num.

2. num. 38. Item: vol. 2. conſil. 71. num. 46. & ſeqq. Et vol. 3. Conſil. 1. n. 58. & vol. 4. Conſil. 100. num 50. 51. & ſeqq. Quod tamen limitat Petrus Gregor in ſynt Juris. lib. 17. cap. 13. num. 9. ſed hæc ut ad propoſitum meum non adeò pertinentia, ſuo loco reliquo.

III. Clericus enim electus, ante confirmationem non dicitur habere dignitatem, ad quam eligitur, nec adminiſtrare poteſt. *c. qualiter. 17. c. cum in cunctis. 7. c. Noſti. 9. c. nihil eſt. 44. X. de Electione et electi poteſtate. c. avaritiæ 5. lib. 6. tit. eod.* Pendente autem lite motâ contra electionem, poteſt adminiſtrare, ſi pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem acquiſivit, aliàs non, *per c. Conſtitutis 46. X. de appellat. c. Nihil. §. fin. X. de Electione & electi poteſtate.* Sic etiam Abbatiſſam nondum confirmatam adminiſtrare poſſe volunt. *c. Indemnitatibus. 43. §. ſane de Elect. & electi poteſtate lib. 6. Petr. Gregor. l. 17. Syntagm c. 13. num. 8* Ubi idem eſſe dicit in alijs Adminiſtratoribus, qui ob diſtantiam non facilè ac citò confirmari poſſunt, de quo vid: *c. Nihil 44. X. de Elect. & electi poteſt.* Idem eſt, ſi Conſvetudo nondum confirmato deferat adminiſtrationem, quam conſvetudinem valere cum alijs, *reſp: Menoch. vol. 4. conſil. 324. n. 12.*

IV. Præſertim autem cura Eccleſiæ ad Epiſcopum ſpectat, qui Inſpector, Adminiſtrator, & Procurator Eccleſiæ vocatur *c ſic quidam cum ſeq. c. quæcunq; 5. & duobus ſeqq. C. 10. q. 1. c. Epiſcopus 23. c. præcipimus. 24. C. 12. q. 1. c. omnes baſilicæ 10. C. 16. q. 7. c. fraternitatem 2. X. de Donat. vid. Marcum Anton. de Dominis de Republ. Eccleſ. lib. 9. cap. 6. à num. 21. usq; ad 26.*

V. Vacante ſede, Capitulo adminiſtratio competit, quod ſuccedit & fungitur Jurisdictione Epiſcopali. *c. cum olim. 14. X. de Majoritate et obœdientia Joh. Guttiretz. lib. 1. canon. queſtion. 11. num. 10.* Et Jus authorizandi mortuo Epiſcopo tranſit ad capitulum, ut loquitur *Redoanus. d. tr. q. 42. n. 1.* Niſi reperiatur expreſſe prohibitum. *Car. Zabar. conſil. 35. num. 3. ver. item diſpenſat. Tuſchus pract. concluſ. 56. num. 2. lit. c.*

VI. Vel, præſertim quando Eccleſia diu vacat, conſtituitur Curator ſeu Oeconomus. ſeu Defenſor à Superiore *Redoanus d. tr. q 29 num. 6. & q. 30. n. 2. & 13.* Vel à Principe, ſi ſedes diu vacatura videatur *Weſenb. conſil. 37. n. 4. & 5.* Qui Oeconomi in Eccleſijs vacantibus, debent fructus percipere, & eos, aut in Eccleſiarum utilitatem expendere, aut futuris perſonis, ſub intellige Epiſcopis, fideliter reſervare, quibus & ple-

nam

ſum rationem reddere debent. *c. Cum vos. de Offic: jud: ordin: c. quia ſæpè 49. de Elect. & electi poteſt. lib. 6.* Celeſtinus. 3 in reprehenſione, quam facit Epiſcopo Eboracenſi, tanquam grave delictum, inter alia commemorat, quod Eccleſias faceret ſolà ſuâ voluntate diutius vacare, ut earum fructus ipſius uſibus applicarentur, & quod ſuſtentatione alicujus Clerici honeſti debebatur, ſibi non metuerit retinere. *apud. Baron. tom. 12. an. 1194. ex Rogerio.* In Gallica fructus annuos vacantium Eccleſiarum, Philippo Pulcro Regi Gallicæ & ejus ſucceſſor: conceſſos eſſe, *refert Petr. Gregor. Tholoſ. in Syntag. Juris. lib. 15. cap. 38 num. 10*

VII. Conſtituuntur etiam Oeconomi in Eccleſijs non vacantibus. *c. quia in quibusdam. 4. Diſtinct. 89. can. cum ſimus 3. C. 9. q. 3. c. 4. X. de juramento calumniæ.* Ex numero Clericorum. *can. In nona 22 C. 16. q. 7.* qui fortè & Vice domini dicebantur, de quibus *c. 2. & 3. d. Diſtinct 89.* ut adminiſtratio bonorum Eccleſiaſticorum ex fide fieret, ne facile res alienarentur, & Epiſcopi levarentur à plurium negotiorum onere, & ut mortuo Epiſcopo hi poſſent noticiam omnium rerum habere *ex c. maniſeſta. 20. & ſeq. Cauſ. 12. q. 1 Petr. Gregor Tholoſ. lib. 2. partit. Jur. canon. tit. 9. cap. 5 Lit. R.*

VIII. Cura Eccleſiæ apud nos commiſſa Magiſtratui ſuperiori, Principibus nempè & Statibus Imperij, quippe qui ſunt nutritij Eccleſiæ. *Eſaiæ. 49. v. 23.* Conſtituti ad muros ejus ædificandos. *Eſaiæ 60.* & ad reſtaurandas templi minas. *2. Reg. 12. verſ. 5. & ſeqq. Carpzov. Jurispr. Eccleſiaſt. Definit. 299. n. 3.* Exinde ita dicti, quia palàm & omnibus notum, Eccleſiam eſſe in Republ. non verò Rempubl. in Eccleſia. *argumento. Nov. 3. 5. 6. 16. & 6.* Et præterea Jus hoc habent Status Evangelici ex jurium Epiſcopalium exercitio, quod ipſis vi Pacis Religioſæ competit. *Laur.* Oehm *de Jure Epiſcopi concl. 20. lit. C. Carpzov. lib 2. Jrispr. Eccleſ. defin. 300. n 9.* Et alij paſſim imo etiam in multis Imperij Receſſibus Imperatori Romano tribuitur titulus hic, der gantzen Chriſtenheit ein Schutz vnd Schirm-Herr R. A. *de Anno 1518.* §. Erſtlich. Item quod ſit Advocatus. R. A. zu Regenſpurg/ *de Anno 1541.* §. Aber Churfürſten / *ibi* Vnd vns als *Advocaten* vnd Beſchirmer der Chriſtlichen Kirchen. *vid:* Reinckingck *de Regimine ſeculari & Eccleſiaſtico, lib. 3. Claſſ. 1. cap. 1. num. 9. 10. 11. & ſeqq*

IX. Sicut autem omnia alia bona communia temporalia, debent

B ſub

ſub alicujus certa cura eſſe: *Marcus Anton: de Dominis de Republ. Eccleſ. lib. 9. cap. 6. num. 21.* Uſu evenit, ut pro defendendis bonis Eccleſiaſticis, & colligendis reditibus, conſtituerentur Curatores, qui Proviſores rerum Eccleſiaſticarum & miſerabilium perſonarum dicti, & adhuc apud nos dicuntur Præfecti Eccleſiæ. Kirchen Väter / quibus adminiſtratio Redituum demandatur. *vid.* Carpzov. in Jurispr. *Eccleſ. Definit. 314. n. 5. 6. & ſeq.* In viſitationis & Conſiſtorij Ordinatione Marchica *tit. 15.* conſtituitur ut in Urbibus conſtituantur quatuor Curatores Eccleſiæ, Primus ex Senatu, duo ex quatuor collegijs Opificum & quartus ex cæterorum Civium numero, ubi etiam habentur requiſita, ut debeant eſſe viri honeſti, pij, & ad agendum idonei; ſed ſæpê audiuntur querelæ, quod aliqui ſint potius vaſtatores, quam diſpenſatores, Kirchen Verſtöhrer/als Vorſteher. His præmisſis, proximum jameſt inquirere in formam, ubi de modo dicendum erit, & qualiter fieri debeat admiſtratio.

CAPUT III.
De Forma.

I. Liberam habere Epiſcopos vel Prælatos Eccleſiarum in reditibus vel fructibus Eccleſiæ adminiſtrationem, conſtat ex *c. cum nobis. 19. in fine. X. de Electione & elect. poteſt. c. Is cui. 42. de electione lib. 6. Menoch. lib. 2. Arbitr. jud. quæſt. caſ. 432. num. 4. Andr. Rauchbar. part. 1. quæſt. 26. num. 11. Maſcard. volum. 3. de probat. concluſ. 1166. num. 3. Redoanus. d. tr. q. 52. num. 17.* ad exemplum Tutorum & Curatorum, quibus Adminiſtratores Eccleſiæ bonorum, ut ſupra quoque memini, æquiparantur. *Socin. Conſil. 213. n. 3. verſ. ſimile videmus lib. 2. & in conſil. 15. num. 24. lib. 1. Redoan tract. de ſpoliis quæſt. 9. n. 21.* Et licet non per omnia comparentur, tamen quoad quædam: Nam Tutor eſt temporalis, Prælatus verò perpetuus: Tutor non utitur bonis pupilli: Prælatus autem bonis Eccleſiæ utitur: Tutela eſt Onus; Prælatura verô eſt honor. *Tuſchus practicar: concluſ. 201. num. 11. 12. lit A.* Imò cum uſufructuario eum comparant, quoad perceptionem fructuum *argumento. c. fin. X. de pecul Cleric. Redoanus. d. tr n. 17.* Et liberior eſt poteſtas Prælatorum, quam aliorum Adminiſtratorum. *Redoanus d. tr. q. 52. num. 23.*

II. Fiat

II. Fiat porrò adminiſtratio ſecundum morem locique conſvetudinem. *l. quod ſi. 31. §. quia 20. ff. de adiit. Edicto. l. ſi. ſervus. 50. ff. de legat. & fidei commiſ. primo. §. 3. Calvalcan. deciſ. 8. Loſeus de Univerſitat. p. 3. c. fin. num. 46.* quæ & jus commune dicitur in loco in quo eſt. *c. cum veniſsent. X. de Eo qui mittitur in poſſeſ.* cujusque auctoritas non levis eſt. *c. cum conſuetudinis. X. de conſuetudine,* dum legem imitatur. *§. ex non ſcripto. 9. Inſt. de Jur. N. G. & Civ.* Imo legem generalem vincit. *l. de quibus 32. ff. de LL.* Et quod conſvetudo Laicorum laudabilis etiam à Prælato obſervanda, in ſpecie tradit *Petr. Peckius in tr. de jure ſiſtendi cap. 4. n. 11. per. c. pen. X. de eo qui mitt. in poſſ.* Et ſequatur Adminiſtrator in dubio majorum conſvetudinem & mores. *Menoch. y. 4. Conſil. 324. in fine:* Nam ſi eventus voto non reſpondeat, nihilominus tamen conſvetudo loci, vel etiam antecesſorum, Adminiſtrantem à culpa abſolvet, & culpæ noxiam abſterget, & excuſatus eſt ſi fecerit id, quod alij patresfamil: facere conſueverunt. *l. pignus & ibi Dd. Cod. de pignorat. act. Maſcard. de probat. concl. 468. n. 21. Tiraq. cauſa min. poena 42. n. 9.*

III. Prælatus, *c. de Syracuſanæ 13. Diſtinct. 28.* ut & omnes rei alienæ Adminiſtratores conficere debent Juventarium. *c. charitatem. 45. Cauſ. 12. q. 2. l. Orphanotrophos. 32. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Munnoz de Escobar in tract. de Ratiocin. cap. 9. n. 7.* quod caput rationum dicitur: *Angel. conſil. 144.* antequam adminiſtrent. *Ruin. conſil. 29. l. veteris. 13. Cod. Arbitr. tutel. Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. Defin. 314.* Adeò ut contra Epiſcopum vel Prælatum vel Oeconomum. &c. Iuventarium non conficientem, in litem jurari posſit, per tradita *Joh. Babt. Plotij in tract. de in litem jurando §. 4. num. 85. verſ. Addo ego quod ſolum præmisſi &c. Eſcobar. d. l. n. 32.* Idemque in noſtra conſiſtoriali Ordinatione Oeconomis & Eccleſiæ Antiſtitibus demandatur *d. tit. 15. & tit. 21.* Tenetur facere & exhibere librum rationum. *Roman. conſil. 118. n. 2. Ruin. conſil. 29. n. 11. in fin.* Qui continere debet ſingulariter recepta, à tali de tali tempore, & certam quantitatem ſpecificam, ita ut non ſufficiat deſcribere in genere, ut posſit argui de falſo. *Tuſchus pract. concluſ. 202. num. 3. lit. A.* Et datur contra Adminiſtratorem juramentum in litem etiam eo caſu, quando librum rationum conficere neglexit. *Plotius d. l. Joh. de Imol. Conſil. 35. num. 17. & conſil. 65. in fin.* Non ſolum autem conficere debet librum, ſed etiam

jam cuſtodire eum, nec creditur ipſi, licet dicat ſe perdidiſſe, niſi caſum probare ſufficienter poſſit: *Socin conſil. 159. n. 5.* Omnia ſcribi debent dietim, & non ſufficit tenere computa in ſcartafaciis, ut vocant, aliàs & hoc caſu juratur contra eum in litem. *Tuſchus cum Dd. ibid. allegat. pract. concluſ. 202. n. 15. lit. A.* Nec rerum & adminiſtrationis deſcriptionem in confuſo continere debet, aliàs Adminiſtrator præſumitur eſſe in dolo. *Socin. conſil. 159. num. 7. & ſeq lib. Secundo.* Ita ut computa videri & intelligi posſunt, aliàs cenſetur in dolo præſumpto. *leg. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. diſtrabend.* qui textus licet loquatur de tutore, attamen non incongruè ad omnem extenditur adminiſtrationem: Abſolutâ formâ ſequitur finis.

CAP. IV.

De Fine.

I. Finis, quia eſt rerum conſervatio, ab omni agenti pricipaliter intendi debet, ſic finis curæ eſt, ut Curator minoris bona conſervet, non diſtrahat. *tot. tit. ff. de adminiſtrat. tutor.* Idem finis quoque eſſe debet in Adminiſtratore bonorum Eccleſiaſticorum, ſc. ut omnia ad utilitatem Eccleſiæ dirigat, hujus bona non minuat, ſed augeat. *Carpzov. Jurisp. Eccleſ. Defin. 298.* Ad utilitatem ergò Eccleſiæ Adminiſtrator ſemper reſpiciat, adeò ut etjam ea, quæ ipſi interdicta ſunt, vel certam ſolennitatem requirant, in caſu necesſitatis, ob evidentem utilitatem Eccleſiæ, ea etiam agere posſit, nam omnis diſpoſitio Statuti vel legis, prohibens aliquid fieri, niſi cum ſolennitate, ſemper habere intelligitur illam limitationem, niſi contractus ſit utilis. *Redoanus d. tr. q. 42. n. 16. & ſeqq.* Curam gerat fabricarum *c. quatuor 27 Cauſ. 12. q. 2. & c. conceſſo. 26. d. q. 2.* quod etiam Aminiſtratoribus injungitur *in Ordinat. Conſiſtor. tit. 12.* provideat necesſitati pauperum *d. can. quatuor.* nam gloria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ providere. *c gloria 71. d. Cauſ. 12. q. 2.* Econtrariò ignominia Sacerdotis eſt, proprijs Studere divitijs, & proprium commodum in iſtâ adminiſtratione quærere. *d. c. gloria.* Et injungitur etiam hoc in d. Ordinat: Conſiſt. Adminiſtratoribus, quando id permittit conditio bonorum, ut ſuccurrant etiam pauperibus,

tibus, Viduis, Orphanis, puellis elocandis, Studioſis pauperibus, ſub certâ tamen conditione & cautione. *d. t. 15.* Omnia ex fide agat. *l. creditor 60. §. Lucius 4. verſ. quæſitum ff. mandati vel contra*: Et ex negotio. *l. qua ratione. 9. §. nihil 4. ff. de aquir. rerum dom.* hoc eſt, ex Re & ratione ſeu utilitate, ac neceſsitate negotij, quia res vel peritura, vel deterior futura eſt: Venio jam ad Objectum.

CAPUT V.
De Objecto.
Ejusque,
MEMBRUM I.

QUemadmodum in præcedentibus dictum, Adminiſtratores Eccleſiaſticorum bonorum comparari poſſe cum Tutoribus & Curatoribus: Ita Eccleſia pupillis ac minoribus æquiparatur, eorumque priviligijs utitur. *c. requiſivit 1 X. de In Integrum reſtitut. Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. Defin. 300. num. 12.* Et eorum ferè eadem ratio juxta *Joh. Maurit. de Reſtit. in Integrum c. 50. n 2. Sfortiam Oddum de Reſtitut. in Integr. part. 1. q. 3. art. 4. per totum.* quod tamen in iis caſibus intelligendum, in quibus eam fungi Jure minorum posſibile eſt. *Idem Oddus d. tr. q 88. art. 2. num. 37.* Atqui Juris experti eſſe bona pupillorum atque minorum immobilia, ſine certis ſolennitatibus nequaquam validè alienari, neminem latebit, ex iis quæ *in tit. de rebus eorum qui ſub tutela &c. ejusq; l. 1. & ſeqq.* Et *in tit. Cod. de prædiis minorum* proponuntur. *Andr. Gail. lib. 2 Obſervat. 72. Jacob Schultz. part. 1 quæſt. 17. n. 4. Anton. Faber in Codic. lib. 5. tit. 37. Defin 1.* inter quas præcipua ferè eſt, ut Decretum & auctoritas Magiſtratus accedat. *l. 1. l. 10. l. 11. l. 12. & tot. tit. Cod. de prædiis minor ſine decreto non alien.* Multò minus ſine decreto & conſenſu ſuperioris bona Eccleſiaſtica, quæ privilegiis Juris Divini gaudent, *l. ult. Cod. de S. S. Eccleſiis. Andr. Tiraq. de privileg. piæ cauſ. in pr.* Et veluti DEO dicata, nullius in bonis habentur. §. *nullius.* §. *ſacræ Inſtit. de R. D l. 1 l. in tantum l. ſacra ff. de R. D* diſtrahere licebit. *Carpzov. Jur. Eccleſ. lib. 2. d. Defin. 300. n. 12. & Defin. 299. n. 1. 2.*

 II. Conſi-

II. Conſtituitur ergò talis regula: Bona Eccleſiaſtica, tam Immobilia, tum etiam mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari posſunt, alienari nequeunt, quo referuntur etiam jura, quæ firma ac ſtabilia ſunt, v. g. annui reditus, *Clement: Exivi de paradiſo. §. cumq; annui reditus, de V S* ſc. ſi ad longum tempus conſtituantur, aut in perpetuum. *argumento. l. 14. pr. Cod. de S. S. Eccleſ. Gail. lib. 2. Obſ. 10. n. 1. Mynſing. cent. 1. Obſ. 69. n. 2. & 12. Coler. do procesſ. Eexuct. p. 1. cap. 3. num. 229. Dn. Carpzov. p. 1. Juriſpr. for. Conſti. 5. Defin. 16.*

III. Limitatur autem Regula: Niſi fiat alienatio ex juſtâ & legitimâ cauſâ: id eſt, quæ Eccleſiæ non eſt damnoſa, ſed perutilis ac proficua. *Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. tit. 19. Defin. 301. n. 6. Camill. Borellus tom. 1. Deciſ. 15. n. 2.*

Cauſa Juſta & Legitima autem colligitur. *(1.)* Ex necesſitate, necesſitas enim non rarò ex illicito licitum facit. *c. quod non 4. X. de Reg. Jur. c. quando 4. X. de conſuetudine. Covarruv. in c. peccatum p. 2. §. 1. n. 3. Soto de Juſtit. & Jure l. 5. q. 3. art. 4.* ſi ſc: debita urgent Eccleſiam. *Auth. Hoc jus porrectum Cod. de S. S. Eccleſ. c ſicut C. 12. q. 2.* ſi debitum ex fructibus ſolvi nequeat. *d. Auth. Hoc Jus* & tunc ea methodo procedatur, quæ in d. Auth. eſt præſcripta, ſc. ut immobilia ea lege dentur Creditori in antichreſin, quâ fructus primo in ſortem poſtea in uſuras computantur, ſi nolit hoc Creditor, debet bona ſubhaſtari, accedente juramento Prælati & ſcripturâ, & emptore non invento, datur fundus Creditori in ſolutum decima parte pretij, pretio addito, & danda res mediocris non maxima, Item ſi alia ſimilis necesſitas. v. g. Si Eccleſia in tantum diſcriminis incidat, ut populus deſtituatur doctrinâ ſincerâ & purâ, nec juſtam Sacramentorum adminiſtrationem habeat, tunc redimenda ab hujusmodi vexationibus. *Petrus Martyr in locis communibus claſſe 4. cap. 2.* & quando de alijs bonis, aut aliquâ aliâ viâ non poteſt commodè ei ſubveniri, quam alienado bona immobilia, aut mobilia pretioſa. *c. nullus 39. C. 17. q. 4. Nov. 120. cap. 10.* Veræ autem necesſitatis teſtis dicuntur Epiſcopi & Primates. *Marcus Anton. de Dominis de Republ. Eccleſ. part. 3. lib. 9. cap. 6. n. 41.* & major pars capituli. *vid. d. Auth. Hoc jus C de S. S. Eccleſiis.* Sed quæritur, quid ſi teſtator, qui prædium Eccleſiæ legaverat, hanc legem ſimul addidiſſet, ne unquam alienaretur. *Tractat hoc Redoanus d q. 19. n. 73. & ſeqq.* ubi concludit, accedente prohibitione hominis in tantum

tum

tum ſortificari prohibitionem legis, ut etiam in caſu alias permiſſo non poſſit res alienari, cum diſpoſitio ultra Jus commune debeat aliquid operari. *Camill. Borell. tom. 1. deciſ: tit. 15. n. 59.* niſi extrema neceſſitas urgeat, & nulla alia ſint bona, nam de hoc caſu teſtatot non videtur ſenſiſſe.

(2) Ex Utilitate evidenti. *can. non liceat. 20. & c. ſine exceptione 20. C. 12. q 2.* v. g ſi unum bonum Eccleſiæ immobile pro alio utiliori Eccleſiæ datur, ematur aut conficiatur. *c. ut ſuper 8. §. poſſesſiones. X. de rebus Eccleſiæ non alienand.*

Sed quæritur, ſi non ſequatur utilitas, ſicut multa aliter cadunt, quam cogitata erant, anne tunc ſubſiſtat alienatio ? Et quamvis Redoanus *d. tr. q. 20. n. 27. & ſeqq.* admodum fluctuare videatur, probabilis tamen & vera videtur ſententia, alienationem irritam non eſſe, licet Eccleſiæ detur reſtitutio, ut videre eſt ex traditis *Redoani. d. q. 20. num. 36. 37. & 38.* Sed etiam reſtitutio non dabitur, ſi ex eventu & caſu fortuito damnum emergat quem caſum Prælatus prævidere non potuit, cum inconſulta facilitas, non caſus fortuitus ſoleat reſtitutionem impertiri, niſi in caſibus, in quibus etiam majori ſubvenitur. *l. verum 11. §. item non reſtituetur. 4. ff. de Minor. 25. ann. l ſi cui in provincia 38. §. 1. in fin. ff. ex quibus cauſ: major. vid. Sfortia Oddus de reſtit: in integr: p. 1. q. 14.*

(3.) Ex Cauſa Pietatis v. g. ad redimendos captivos, & ad ſubveniendum, non ſolum extremis, ſed & gravibus Proximorum neceſſitatibus, non ſolum eorum, qui ſunt de eadem Eccleſia, ſed etiam qui ſunt de alijs, ad id vendi poſſunt, non ſolum bona immobilia, & mobilia pretioſa, quæ conſecrata non ſunt, ſed etiam quæ ſunt conſecrata, ut Calices, *l. ſancimus 21. verſ. excepta. Cod. de S. S. Eccleſiis vid. Marcus Anton. de Dominis de Republ: Eccleſ: part: 3. lib. 9. cap. 4. n. 17. 18.* ubi exemplum Ambroſij allegat. *vid can aurum 70. C. 12. q. 2. & Marc: Anton: de Dominis d. l. cap. 6. n. 45.* Sed tamen ſacra vaſa, ſacris uſibus adhibita prius conflanda ſunt *per d. c. aurum circa finem.* Sed an pro omnium captivorum redemtione, Adminiſtrator res Eccleſiæ tenebitur vendere? R. non ſanè pro iis qui propter delictum vinculis conſtricti. *Redoanus d. tr. cap. 21. num: 75.* ſed tantum qui ab infidelibus, aut perſecutoribus Eccleſiæ detinentur, cum periculo vitæ, præſertim verò ſalutis æternæ, nec facilè aliter ſubveniri illis poteſt, de quo prolixè agit *Redoanus d. c. 21. n. 42. & ſeqq.*

(4.) Ex cauſa Incommoditatis, ut quando res aliqua Eccleſiæ plus incommodi illi affert, quam fructus, ut ſi longè diſtet, ſitq; modici fructus, aut alia incommoda illi afferat. *c. Terrulas 53. cauſ 12. q. 2.* Quando autem cauſa ad alienandum hujusmodi bona Eccleſiæ ſub eſt, incipiendum ab iis eſt, quæ cultui divino non ſunt dicata, ad cœtera verò non niſi illis deficientibus & urgentisſimâ cauſa. *vid: Covar. 2. variar. reſol cap: 16. n. 8. & 9. & Molina de Juſt: & jure: Tom: 2. tract: 2. diſp. 468. n. 2.*

IV. Sed ut valeat alienatio ex Juſtâ Cauſâ, certe requiruntur ſolennitates, quod tamen cum grano ſalis accipiendum eſt, nam quando tanta eſt neces ſitas, quæ dilationem & moram non patiatur, tunc alienatio valet ſine ſollennitate, ſicut rectè ex Hoſtienſi *in c. 1. de his quæ fiunt à prælato notat Redoanus d. tr. q. 19. n. 26. & ſeqq. per can: Terrulas 53. c. 12 q. 2. Anton: Faber in Cod: ſuo lib: 4. tit. 38. defin: 6. num. 6: Camill. Borell. t. 1. deciſ. tit 15. n. 56.* Sed utilitatem etiam evidentem extendi nequit. Et ideò cum grano ſalis accipienda ea, quæ Redoanus habet: *d. q. 19. num. 45.* (1.) Cognitio cauſæ præcedens, hac enim omiſſâ, decretum interpoſitum ipſo Jure nullum habetur, perinde ac ſi non à Superiore ac Magiſtratu, ſed à privato fuiſſet interpoſitum. *l. magis puto: 5. §. non pasſim 9. & §. ſi æs alienum 4. ff. de rebus eorum qui ſub tutela l. nec quicquam. 9. § ubi decretum 1. ff. de Offic. Proconſul: Dan: Moller: lib. 4. ſemeſtr: 1. n. 14.* Carpzov. *Juriſpr: Eccleſ. lib. 2. tit. 19. Defin. 302. n. 5. & Defin. 303. n. 1. 2. 3.* (2.) Capituli Conſenſus, (quod apud nos Superior ac Magiſtratus Eccleſiaſticus repræſentat) *can. ſine exceptione. C. 12. q. 2. Clem. 1. de rebus Eccleſ: non alienand.* Hic autem diſtinguendum putat *Molina Tom 2. tr 2. diſp. 468. n 14.* Aut Epiſcopus eſt Author principalis, aut inferior Prælatus, vel Adminiſtrator eſt Author; priori caſu neceſſarius eſt tractatus & aſſenſus proprij capituli Eccleſiæ Cathedralis: poſteriori verò caſu, neceſſarius eſt tractatus Rectoris cum ſuo Collegio, & conſenſus Collegij, atque inſuper auctoribus ſeu conſenſus Epiſcopi, ſi autem careat Collegio Eccleſia inferior, alienare poteſt ſolus Rector, cum authoritate, ſeu conſenſu, ſolius Epiſcopi, de quo paulo poſt. Subſcriptionem quoque Capituli neceſſariam eſſe in caſibus à Jure expresſis, ut in donatione, venditione, permutatione, aſſerit. *Panorm: cap: 1. de his quæ fiunt à Prælato & Molina dict. diſp. 468. num. 7.* ubi ſimul

ſubjun-

ſubjungit, ſubſcriptionem Capituli multis in locis non ſervari, neq; eſſe de neceſſitate, ut manu canonicorum aut religioſorum fiat ſubſcriptio. (3.) Auctoritas Epiſcopi vel Superioris requiritur; Eſt autem auctoritas nihil aliud, quam ejus conſenſus, qui ex munere publico præeſt. *Molina d. loco num. 4.* ubi *num. 13.* limitationem addit, ſc. ſi monaſterium non ſit privilegiatum ac exemptum ab Epiſcopi Jurisdictione, quod tunc in alienatione bonorum, præter tractatum & conſenſum capituli, & Superioris ejus monaſterii, neceſſarius ſit conſenſus Epiſcopi, alioquin alienatio nulla eſt: Si verò ſit privilegiatum & exemptum, quod ſatis ſit conſenſus Capituli & Prælati adhibitus juxta Conſtitutiones & privilegia cujusq; loci.

Hodiè ex pacificatione religioſâ, Status Imperii, in ſuis territoriis tenent jura Epiſcopalia, & per Conſiſtoria exercent, utiq; horum Decretum pariter & conſenſus ad validam bonorum Eccleſiaſticorum diſtractionem accedat, neceſſe eſt. *Carpzovius Jurispr. Eccleſ: lib. 2. tit. 19. Defin. 300. n. 9.* quod etiam habetur in noſtra *Ordin. Viſit. & Conſiſtor. tit. 15.* §. Es ſollen auch die Vorſteher hinführo keine liegende Gründe &c. ubi tamen etiam patronorum conſenſus requiritur, quod rationem habet.

V. Regula ſupra adducta etiam locum habet in datione in Emphyteuſin, quæ nomine alienationis comprehenditur, & in quam absq; legitimâ causâ & formâ ac ſolennitatibus ad bona Eccleſiaſtica alienanda requiſitis, nullum Eccleſiaſticum bonum tradi poteſt. *Molina de Juſt. & Jure tract: 2. Diſp: 466. n. 2. & Diſp: 469. per tot: Covarruv: lib: 2. reſol: cap: 17. Redoanus d. tr. q. 2. cap: 13.* Et idem in libellario contractu. *Redoanus d. q. 2. cap: 15.* Limitatur, niſi ſolita fuerit dari in Emphyteuſin. *Clement: Monaſteriorum. de rebus eccleſ: non alienand: Molina d. Diſp: 468. n. 18. Marcus Anton: de Dominis de Republ: Eccleſ: part: 3. lib: 9. cap: 6. n. 56. Alexander Tartagnus Imolenſis lib: 3. conſil. 9. n. 1.* Ratio ampliationis hæc eſt, quia per dationem in Emphyteuſin & infeudationem utile dominium transfertur, atqui rei Eccleſiaſticæ alienatio, neq; quoad utile dominium valet. *c. Nulli liceat. 5. X. de rebus Eccleſ: non alienand: Redoanus d. q. 2. cap: 32. & cap: 44.* niſi ſervatis debitis ſolennitatibus. Terram autem non fertilem, poſſe dari in Emphyteuſin ei, cujus ſtudio reducatur ad culturam, probatur *c. ad aures. 7. X. de rebus eccleſ: non alien: Marc: Anton: de Dominis de Republ. Eccleſ: part: 3. lib. 9. cap. 6. num. 39.*

VI. Ampliatur itaque (1.) ob rationem præcedentem hæc Regula, ut nec in feudum dari poſſint bona Eccleſiaſtica. Limitatur, niſi antiquitus ſolita ſint infeudari *1. F. 1. 2. F. 35. 2. F. 91. 1. F. 9. 1. F. 25. cap. ex parte 2. X. de Feudis, c. ad apoſtolicæ. 2 §. præter hæc de ſentent. & re judicata lib: 6. Molina d. diſp: 468. n. 18.* Ratio eſſe poteſt, quia per infeudationem ſolitam, nullùm damnum infertur Eccleſiæ, tum enim Prælatus ea facit, quæ ante ipſum alii laudabiliter fecerunt: Niſi excedatur modus. v. g. quando res Eccleſiæ conſueta tradi ad tres tantum vitas, & conceditur ad plures, aut in perpetuum, vel ſi conſueta erat, ut deveniret ad deſcendentes accipientis, & conceditur ut etiam ad extraneos devenire poſſit. *Molina d. diſp: 468. n. 19.* Intereſt enim Eccleſiæ, ut pauciores perſonæ comprehendantur in inveſtitura, & facta ſit ad modicum tempus, ut citius revertantur bona meliorata ad Eccleſiam. *Borg: Cavalc. lib: 1. deciſ: 45. num: 20.* Res Eccleſiæ autem ut dicatur ſolita feudari, non nulli requirunt 40. annos. *argto. Auth: quas actiones Cod. de S. S. Eccleſ: (2.)* Etiam binam conceſſionem ut inducatur conſuetudo. *l nemo. 3. Cod: de Epiſcop: audient: (3.)* Ut appareat de tacito conſenſu capituli. *per l. ſed & ea 35 ff. de LL.* Item talem conceſſionem fuiſſe utilem Eccleſiæ. *per. c. fin: X. de conſuetud. l. quod non ratione 39: ff. de LL. Alexander Tartagnus Imolenſis lib. 3. conſil: 9. n 6. videatur Jul. Clarus §. feudum q. 13. n. 4.* quamvis hæc non ita præcisè requiri videantur, ſi conceſſio ſemel juſtè & ſolenniter facta ut tradit *Molina d. l. n. 19.* Nec Res denuo in feudum danda, ſi jam ſit menſæ incorporata, & menſæ inſerviat, hoc eſt ſuſtentationi pauperum, & eorum qui de tali Eccleſia aut monaſterio ſunt, ipſorumque utilitatibus. *Molina d loco. n. 20. Modeſt: Piſtor: v. 1. conſil: 40. num. 6. Camill: Borellus lib. 1. deciſ. tit. 15. n. 36.*

VII. Ampliatur (3.) Regula, quod neq; in longum tempus locari poſſit bonum Eccleſiæ immobile, quia per ejusmodi locationem transfertur poſſeſſio & utile dominium. *Borellus lib: 1. Deciſion: Tit: 16. num: 3.* quia locatio ad longum tempus dicitur alienatio. *ex Alexand: conſil: 117. num. 2. vel 3. Carpzov. Juriſpr: Eccleſ. lib 2, tit: 19 defin. 304. n. 9.* ne quidem ſi pactum additum de non transferendo dominio utili *Molina de Juſtit. & Jure tract. 2, diſp: 466. n. 6.* Sed nuda commoditas fundi ad vitam locantis, locari poteſt. *Ordin: Conſiſtor: tit: 19. Molina d. loco. num 6. Tuſchus practicarum concluſ. 419. lit. L, num. 2.* Ad modi-

modicum tamen ſeu ad breve tempus locari poteſt, ubi neq; de jure authoritas ſuperioris, neq; cauſa, neq; alia ſolemnitas requiritur, quæ omnia autem requiruntur, ſi nomine Eccleſiæ fiat locatio, & ſucceſſorem obligare debeat. *Borellus deciſ. 16. num. 12.* Secus ſi Epiſcopus vel Prælatus nomine ſuo locaverit. *Tuſchus d. loco: num. 3.* Nonnunquam tamen penſio, ob impediendam præſcriptionem, quoad antiquum poſſeſſorem, qui ſe ad continuationem conductionis admittendum petit, augeatur, vel alius conductor admittatur. *Carpzov. Jurispr. Eccleſ. lib. 2. tit. 19, defin. 306. num. 6. 7.* Sed id in noſtro Electoratu non videtur adeò neceſſarium, præſertim cum præſcriptio prohibeatur. *Ord. Conſiſt. d. tit. 19. in fin.* Lubens prætereo Conſtit. Pauli Pontif. Ambitioſæ in Extravag. comm, quæ apud ipſos pontificios plerumque in uſu nunquam fuit, teſtante Molina *d. diſp. 466. num. 10. & Camillo Borello lib. 1. deciſ. tit. 15. n. 51.*

VIII. Ampliatur *(4.)* Regula in permutatione beneficiorum Eccleſiaſticorum. *c. Non licet 1. X. de rebus Eccleſ. alien. vel non*, niſi fiat propter utilitatem & neceſſitatem Eccleſiarum. *Tuſchus pract. conclus. 305. lit. P. num. 5. Calder. conſil. 293.* & cum conſenſu Superioris. *Borellus deciſ. 15. num. 22. Afflict. deciſ. 17. num. 2.*

IX. Ampliatur (5.) quod nullum bonorum obligari aut hypothecæ ſubjici poſſit. *c. Nulli liceat. 5. de rebus Eccleſiæ non alienand. vid. Cravett. Conſil. 849. & conſil. 851.* ſc. ſpecialiter, nam generaliter Prælatus poteſt abſque ſolennitate obligare bona ſuæ Eccleſiæ, eò, quod res ſingulæ minus obligatæ maneant: Nec obſtat Extravagans Ambitioſæ, ubi Paulus de hypotheca indiſtinctè ac ſine reſtrictione loquitur, nam præterquam quod illa apud pleroſque in uſu non ſit, ibidem etiam excipiuntur caſus à jure expreſſi, atque adeò nihil *capiti Nulli de rebus Eccleſ. non alienand. & communi Doctorum ſententiæ,* adverſatur. *Molina de Juſt. & Jure tract. 2. diſp. 466. num. 1.* Sed ſi non traditum fuit pignus ſpecialiter etiam obligatum, putat *Covarruvias. 2. var. reſol. c. 16. num. 7.* alienationem non eſſe conſummatam, nec ad poenam obligari oppignorantem, quem reprehendit *Molina d. diſp. 466. num. 1.* Sed ſi Baldi ſententiam in materia feudali ſequamur cum *Henric. Roſenthal. de feudis, c. 9. membr. 1. concl. 14. per totum,* ubi hanc ſententiam vocat æquam, mitiorem & diſtinguentem, poſſet etiam eâdem ratione ſententia Covarruviæ defendi ut

mitior, æquior & diſtinctior ſaltem quoad poenam alienationis. Sed quid ſi bona obligata antequam ad Eccleſiam pervenirent, quæritur an Creditor præcedente pacto, *de quo in l. 3. Cod. de pign* poſſit propria authoritate ingredi hypothecam ſuam? eſt quod affirm. *Menoch. remed. 5. adipiſc. poſſ. num. 22. & ſeqq* ſed præſupponit Menoch: pactum hoc dare facultatem ingrediendi, de quo alii dubitant.

X. Citra ſolennitates prædictas autem valet alienatio bonorum Eccleſiaſticorum. I. quando Res eſt modica & parvæ utilitatis Eccleſiæ, uti conſtat *ex cap. terrulas. 12. quæſt. 2. Panorm. in cap. ut ſuper de rebus Eccleſ. non alienand num. 15. & c. ult. de Eccleſ. ædifi* & addit nihil impedimento eſſe juramentum, quod fortè interdum præſtant Epiſcopi de non alienando inconſulto Romano Pontifice, poſſe nihilominus Epiſcopos, ut & inferiores Prælatos res ejusmodi parvas & modicas ſine conſenſu alienare, quia non eſt veriſimile, quod Superior voluerit jurantem illaqueare in iſtis modicis, & juramentum debet intelligi ſecundum ſubjectam materiam. *Redoanus d. tr. q. 13. n. 8. & ſeqq.* Sed textus *in d. can. Terrulas,* videtur de cauſa neceſſitatis loqui, niſi dicamus neceſſitatem hic pro utilitate accipi ut ſæpè fit, nam ſi neceſſitas extrema intelligeretur, nihil hic eſſet præcipui.

(2.) Quando Res non eſt communis Epiſcopo cum capitulo, aut Abbati cum conventu, ſed de menſa Epiſcopi aut Abbatis. *Panormit. in c. continebatur. 2. n. 7, X. de his quæ fiunt à prælato, ex Hoſtienſi d. t. §. f.* de quo tamen *ob c. 3. X. de Arbitris* dubitat. *Molina d. diſp. 468. num. 10.* niſi dicamus illam ſententiam Panormitani eſſe intelligendam de cauſa pietatis, juxta *c. poſſeſſiones 61. C. 16. q. 1.* aut talis caſus ponatur, ut nullum Eccleſiæ præjudicium futurum timeri poſſit.

XI. Quæritur hic, an Prælatus poſſit repudiare legatum Eccleſiæ factum, & an ejusmodi repudiatio pro alienatione habenda? Negandum videtur poſterius, & prius affirmandum, quia hæc repudiatio alienatio non eſt, nam Eccleſia ante acceptationem Prælati, non fuit domina rei legatæ ſicut ex hac ratione hanc ſententiam defendit *Panormit. in c. tua X. de his quæ fiunt à prælatis. & Roland: à Valle vol. 1. Conſil. 15. num. 33.* ſic Auguſtinus hæreditates accipiebat, licet aliquas etiam reſpueret. *vid. Marc. Anton. de Dominis part. 3. lib. 9. cap. 3. n. 4.* Sed rectè dubitat hac de re Molina, quamvis enim repudiatio illa non videatur alienatio comparatione rei ipſius legatæ, nihilominus tamen

aliena-

alienatio dicitur comparatione juris ad eam rem, quod Eccleſia morte teſtatoris acquiſierat, & quia ejusmodi repudiatio in præjudicium Eccleſiæ fuit datur itaque non tantum actio Eccleſiæ adverſus Prælatum & heredes illius, ut intereſſe & damnum ſequútum reſtituant. *c. admonere. 14. C. 16. q. 1.* ut vult *Panormitan.* ſed etiam ipſa repudiatio annullabitur. *Molina de Juſt. & Jure tract. 2. diſput. 468. num. 12.* cum quo conſentit *Ruinus: vol. 5. conſ. 40. allegatus à Trentacinq. lib. 3. reſol. un. tit. de Rerum alienatione. n. 27.* pro quibus facit ratio hæc, quod tutor hæreditatem pupillo delatam repudiare non posſit. *l. 8. ff. de bon. poſſ. l. 1. §. 4. ff. ſucceſſorio Edicto.*

XII. Prælatus etiam precarium concedere poteſt *c. 4. & ſeq. Cauſ. 10. q. 2. & c. ult. X. de precar. Tuſchus Concluſ. 447. num. 1.* & quia precaria conceſſio, eſt conceſſio facta ad placitum concedentis, & poteſt per concedentem quandocunque revocari. *l. 1. & 2. ff. de procur.* posſunt etiam dari precariæ de quibus in *c. 1. & 2. X. de precar.* agitur.

XIII Prohibitâ ergò alienatione, quid circa bona immobilia agendum Adminiſtratori? Reſpondetur, ædificare debet, non autem ut fulgeat Eccleſia in parietibus, & in pauperibus egeat, ſuos lapides induat auro, & ſuos filios nudos deſerat: De ſumptibus egenorum ſerviatur oculis divitum, inveniantque curioſi quo delectentur, & non inveniant miſeri quo ſuſtententur *Marc. Anton. de Dominis part. 3. lib. 9. c. 5. num. 37. fine.* Si autem tempore belli diruta ædificia ſacra; tunc ea reparanda; de quâ materia integrum tractatum ſcripſit *Petrus Peckius de Sacroſanctis & Catholicis Chriſti Eccleſiis reparandis ac reficiendis,* & conferatur, *Sigismund. Finckelthauſ. de jure patronatus. cap. 4. num. 84.* In Marchia noſtra deficientibus bonis Eccleſiæ Senatus & Magiſtratus cum tribubus &c. conferre ac contribuere tenentur: *Ord. Viſiti ac Conſiſt. tit. 12. & tit. 25.*

XIV. Debet prædia colere, ad modum boni patris familias, nam tenetur Oeconomus Eccleſiæ vel Adminiſtrator de neglectis. *per l. jubemus. 14. § 2. Cod. de S. S. Eccleſ.*

XV. In Locatione bonorum Eccleſiaſticorum ſemper præferat conductorem, qui majorem offert penſionem: *Ordinat. Viſit. Elect. Brand. d tit. 15.* multum enim intereſt Eccleſiæ, ut bona ejus ac reditus amplificentur: *Carpzov. Jurispr. Eccleſ. defin. 305. num. 1.* modo oblatio non fiat ad æmulationem. *Vivius deciſ. 145. num. 6.*

MEMBRUM II.
DE MOBILIBUS.

NOmine mobilium quæ veniant, quæque ſint mobilia bona,& quotuplicia,ſupra capite primo dictum fuit,& ea quæ pretioſa non ſunt,aut quæ ſervando ſervari non posſunt, diſtrahi posſe,probat *Molina de Juſt. & Jure diſp. 468. num. 1. Redoanus in tract. de alienat. bonor. Eccleſ. quæſt. 4. 5. 6.* probaturque tot textibus qui immobilium vel mobilium eorum quæ ſervando ſervari posſunt alienationem prohibent. *c. nulli. 5. X. de rebus eccleſ. & ſimil.* Alia verò non,niſi concurrentibus requiſitis,non ſecus ac immobilia,de quibus in præcedentibus mentio facta,& de talibus mobilibus, quæ ſervando ſervari posſunt. *vid. Redoanus d. t. q. 6. & duabus ſeqq.*

MEMBRUN III.
DE NOMINIBUS ET REDITIBUS,

QVemadmodum periculum adminiſtrationis imprimis verſatur in exigendis Eccleſiæ nominibus, de quo *d. Ord. Viſit. Elect Brand. d. t. 15.* in quo, ſi negligentes reperiantur Præfecti ſeu curatores ærarii Eccleſiaſtici, à reſtitutione damni non immunes erunt,quippe qui non modo de dolo,ſed & de lata ac levi culpa tenentur ad inſtar tutorum, quo nomine & ipſi comprehenduntur, *l. quicquid. 7. Cod. arbitrium tutelæ. l. tutori. 20. C. de negot. geſt.* quovis modo itaque compellant debitores ad exolvendum. *Carpzov. Jurisp: Eccleſ: lib: 2. definit. 318. n. 3. 5.* Exacta iterum elocare debent, mutuo aut fœnori ſed licito dare. *l. tutor. 7. §. ſi poſt. 3. l. 13. §. 1. l. 15. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.* quia ſc. hoc adminiſtratio negotiorũ Eccleſiæ, & ratio tuẽdivitã Eccleſiæ ſervientiũ poſcit *argto Nov. 72. c. 8. Weſenb. conſil. 53. n. 33 vol. 2.* modò ſecuritati Eccleſiæ proſpiciatur. *Carpzov d. loco. num. 10 11.* Certam partem redituum ad Eleemoſynas ſeponant. *Cravetta conſil. 116.* Decimæ autem cum conſenſu Epiſcopi ſunt diſtribuen-

buendæ. c. *in ſacris* 56. C. 16. q. 1. c. *decretum*. 3. C 10. q. 1. c. *præcipimus*. 3 C. 16. q. 2. c. *decimas*. 1. C. 16. q. 7. c. *expedit*. 13. C. 12. q. 1. Sed quid ſi legatum ſit Eccleſiæ ad certum uſum, quod in eum converti non poſſit, an Adminiſtrator in alium uſum magis neceſſarium convertere poterit? R. negat. citra Principis aut Epiſcopi conſenſum id fieri poſſe. *l. legatam* 4. *ff. de adminiſt. rerum ad Civit. pertinent. l. un. C. de expenſis ludorum public. l.* 2. *C. de frumento Urbis Conſtantinopolit. l.* 16. *ff. de Uſufr. leg. c. nos quidem* 3. *X. de Teſtam. Tiraq. de priv. piæ cauſæ priv.* 43. *Peregrinus de fideicom. art.* 52. *num.* 160. ſed conſenſus heredum etiam neceſſarius eſt *d. l.* 16 *& ibi Bart. Abbas in d. c. nos quidem* 3. *n.* 6. *& ſeq. Molina de Juſt. & Jure tr.* 2. *diſp.* 249. *Guido papæ deciſ.* 558.

MEMBRUM IIII.

De Controverſiis, Eccleſiæ Judicialibus.

TUtores quemadmodum poſſunt rem nomine pupillorum in judicium vocare. *l.* 1. §. *ulti. l.* 22 *ff. de adminiſt. tut.* quod ſi non faciant ſuo periculo ceſſant. *per l.* 18. C. *de adminiſt. tutor.* Ita etiam Adminiſtratores Eccleſiæ non tantum extrajudicialia negotia, ſed & judicialia nomine Eccleſiæ expedire poſſunt & debent, adeô ut ſi per negligentiam (non metu ſcandali,) ceſſent nomina Eccleſiæ exigere, vel res Eccleſiaſticas vindicare, vel alio modo rem controverſam in judicium vocare, mortale peccatum admittant, ut tradit. *Panorm. in c. nihil num.* 4. *X. de præſcript.* Ut igitur agere, ita & excipere poteſt Adminiſtrator, quod exemplis paucis, pro inſtituti mei ratione declarare non fuerit importunum: Nam Adminiſtratores rerum Eccleſiaſticarum ut Prælatos petere poſſe reſtitutionem in Integrum abſque mandato ſpeciali probat *Covarruvias. lib.* 1 *var. reſol. c.* 6. *num.* 6. *ver. nono erit advertendum. Alexand. Trentacinq. lib.* 2. *pract. reſol. de procurat. reſol.* 1. *num.* 8. (2.) Quando bona Eccleſiaſtica ſunt communia Prælato & Conventui vel capitulo, tunc Prælatus abſq; conſenſu, expreſſo capituli agere poteſt; Si autem ſunt diviſa quoad rem, & quoad adminiſtrationem, non item. *Panorm. c. edoceri.* 21. *num.* 5. *& ſeqq. X. de Reſcriptis.* (3.) Jurat de Calumnia, quia legitimus admini-

miniſtrator eſt. *Scaccia de judic. cauſ. Civil. & criminal. lib. 2. c. 1. num. 194. & ſeqq.* & quidem in animam ſuam, dummodo habeat notitiam cauſæ. *c. in pertractandis 3. X. de juram. cal. Scaccia d. c. 1. n. 199.* Et non eſt neceſſarium ſpeciale mandatum ad hoc juramentum ſubeundum, cum ex ſeſe poteſtatem hanc habet. *Scaccia d. c. 1. num. 205.* (4.) Dat procuratorem etiam ante litem conteſtatam. *cap. petitio. 9. X. de procurat.* tutor verò poſt litem conteſtatem. *l. neq; tutores. 11. Cod. de procurator. Hillig. ad Donell. lib. 15 c. 12. lit. R. Sichardus in d. l. 11. num. 8. Ritterſhuſ. in Differ. Juris Civi & can. lib. 5. cap. 12.* licet tutori aliàs ſimilis habeatur. Diverſitatis ratio hic eſſe poteſt, quia Prælatus non nudus Adminiſtrator eſt, ſed quaſi uſufructuarius, plus juris habet, & in rebus ſuæ Eccleſiæ eſt veluti procurator in rem ſuam. *c. ſi quis fin. X. de peculio Clericorum. Sichard. & Hillig. allegatis. locis.* (5.) Tranſigere poteſt quidem Prælatus, & ceſſionem facere rei immobilis Eccleſiæ, ubi autem omnes illæ ſolēnitates intervenire debent, quæ in alienatione requiruntur. *Borellus Deciſ. 15. num. 24.* ut & in juramenti delatione. *argumento. l. jusjurandum. 17. §. 2. ff. de jurejuri* (6.) Succeſſor Prælati qui alienavit, habet remedium *canonis Redintegranda. 4. C. 3. q. 1.* quia poſſeſſio quæ erat penes Rectorem, nomine Eccleſiæ continuatur in ejus ſucceſſorem, ſine alia corporali apprehenſione, quia Eccleſia poſſidet. *Borg. Cavalc. lib. 1. deciſ. 45. num. 4. & ſeq.* Hos & alios actus Prælatus exercere poteſt in judiciis, ſed notandum tamen, quoties controverſia aliqua, præſertim ſuper re Eccleſiæ immobili movetur à Prælato, vel contra Prælatum, toties requiri conſenſum capituli cum prohibita alienatione etiam actiones exercere prohibitum ſit *per l. ait prætor. 7. §. 2. ff. de jure delib.* & quia in judicio quaſi contrahitur. *l. licet 3. §. idem ſcribit. 11. ff. de pecul. Redoanus de rebus Eccleſ. non alien. q. 2. cap. 29. vid. ſig. Scaccia de judic. cauſ. civ lib. 2. cap. 7. q. 25. num. 748.* & quia aliàs facilè colluſio fieri poſſet. *Redoanus. d. l. n. 4.*

CAPUT VI.

De Effectibus.

GEnerale hoc eſt in quolibet adminiſtratore, ut teneatur reddere rationem de adminiſtratis, juxta illud Evangeliſtæ. *Lucæ 16.* redde

redde rationem villicationis tuæ. *c. qualiter & quando. 24. X. de accuſation. Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. tit. 20. defin. 316. per tot. Bart. in L. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. diſtrah. latè Socin. Conſil. 149. num. 4. libr. 1.* qui dicit quatuor venire in administratione (1.) Edi libros (2.) Calculum fieri (3.) reliqua reddi, & (4.) dolum abesſe. *Jaſon. conſil. 4. n. 7. lib. 3. Ruin. conſil. 29. n. 12. lib. 5.* Rationes autem tenentur reddere ex fide, integrè, apertè, non obſcurè neque in folle aut ſacco, neque ſub nube, ſed acceptis & datis ſigillatim ac inſpecie deſcriptis & juxta ſe poſitis per ſingulas partes & ſpecies declarando, quid, unde, ex quo facto, ex qua causâ, quo die, à quo, & cui datum ſit & acceptum. *l. 2. § 2. ff. de adminiſt. rerum ad civit. pert. pulcrè Ern: Cothman. v. 3. conſil. 8. n. 55. & ſeqq.* Et non ſolum tenetur de adminiſtratis malè, ſed etiam de neglectis, & ſi distulerit, exigere, vel reparare, vel aliud facere, per quod damnum ſit illatum, tenetur. *Tuſchus pract. concluſ. 203. num. 36. lit. A.* Et ſi Prælatus pasſus eſt debita Eccleſiæ præſcribi, tenetur ad damni reſtitutionem ſicut tutor, ut & Oeconomus. *Bern. Dietz in reg. 119. ſimili. 14. Cavalcan. de tutor. num. 118. & ſeq. Munnetz de Eſcobar de Ratiocin. cap. 19. num. 21.* Non autem ſemel tantum, ſed pluries tenetur reddere rationem, quando non fuit benè reddita. *Pariſ. conſ. 89. num 89. & ſeq. lib. 1. Socin. Conſil. 92. vol. 4. & conſil. 159. lib 2. Afflict. deciſ. 220. num. 7.* Et Oeconomum ſingulis annis debere rationes reddere, voluit Juſtinianus in Conſtit. aliqua græca, quæ in noſtris Codicibus, quibus, jam utimur eſt, *l. 46. §. 5. C. de S. S. Eccleſ.* verum hæc quæ hactenus de rationibus reddendis dicta ſunt, potisſimum de iis Adminiſtratoribus nudis, qui non ſunt ſimul uſufructuarii intelligenda esſe videntur: Nam Epiſcopos vel Prælatos, qui veluti uſufructuarii ſunt, de omnibus fructibus præſertim, rationem reddere non teneri, exinde patet, quia fructus licitè alienant in quem volunt, ut tamen iis, quibus portio aliqua debetur ſatisfiat. (2.) Quod facere omiſit Adminiſtrator mortuus, hæres illius implere debet. *Roman. conſil. 413. in pr. & num. 16. ver. quoad ſeptimum. Alexander conſil. 110. colum. fin. num. 21. lib. 3. Socin. conſil. 46. lib 1. Caſtrenſis Conſil. 412. col. fin.* ubi reddit rationem, quia actio oritur à contractu, vel quaſi. *lib. 1. plenius Conſil. 371. in prin.* & conveniri poteſt pro dolo & lata culpa, in quantum ad eum pervenit, non verò quod teneatur de dolo defuncti. *Caſtrenſis. d. conſil. 412. lib. 1.* (3.) Præſcribitur

D Obli-

Obligatio reddendi rationem de adminiſtratis, ſpatio triginta annorum, niſi oſtendatur mala fides. *Tuſchus practicar. concluſ. 203. num. 14. lit. A.* (4.) Jus hoc exigendi rationes redituum Eccleſiaſticorum, vulgò die Kirchen-oder Kaſten-Rechnungen/ad jura Epiſcopalia pertinet non patronatus. Finckelthaus *de jure patronatus cap. 2. num. 25.* Et rationum redditioni intereſſe debet Superintendens. *Carpzov. Jurispr. Eccleſ. lib. 2. tit. 20. defin. 316.* neque priùs quietandus adminiſtrator, antequam parochiani propter ipſorum intereſſe andiantur *Carpzov. Jurispr. Eccleſ. lib. 2. tit. 20. defin. 317.* In Electoratu noſtro ſingulis annis rationes reddendæ Senatui & Superintendenti *d. tit. 15.*

II. Bona Adminiſtratoris obligantur Eccleſiæ ut Minoris *Abbas in c. ex literis 4. num. 11. X. de pignor. & ibi Gloſſ.* & fatetur ibi Abbas, hanc ſententiam non textu quidem expreſſo ſed ratione niti. *Negu-zant. de pignor. p. 2. princ. membro 4. n. 120. & ſeq. Petrus Gregor. Tholoſanus in ſyntagmate juris univerſi. lib. 23. cap. 8. num. 8.*

III. Regula eſt in omnibus Prælatis & Rectoribus ipſarum Eccleſiarum, quod licet emant nomine ſuo vel ſuorum de pecuniâ Eccleſiæ, tamen res acquiratur Eccleſiæ *ut cum gloſſa ex c. fixum. 4. C. 12. q. ult. & argumento l. 8. C. de R. V. colligit Bald. conſil. 298. n. 2 lib. 1. Tuſchus pract. concluſ. 139. lit. E.*

IV. Adminiſtrator etiam obligatur ex facto Socii quoad dolum & latam culpam ſocii, tam eorum quæ perdita ſunt, quam quæ negligentia omiſſa, præſumitur enim in dubio mandatum interveniſſe, dum collegam in adminiſtratione ut ſuſpectum non removerit ſc. ſi ſciverit aut ſcire debuerit ac potuerit collegam in adminiſtratione indiviſa malè verſari, ſicut de Adminiſtratoribus publicis *ex l. ad commentarienſem 4.* Cod. *de cuſtodia reorum l. ult. §. 8. ff. de adminiſtrat. rerum ad civit. l. ex facto 30. ff. de negot. geſt. tradunt Petr. Heig. p. 1. q. 27. n. 4. Matth. Steph. de juriſdict. libr. 2. parte 2. cap. 2. n. 163.* ut tamen ipſis competat beneficium Ordinis & diviſionis, ſi alter ſolvendo &c. *l. Imperator. 11. ff. ad Municipal: l. 3. pr. ff. de adminiſtrat: rerum ad civ: pert. ſid. tot: tit:* C. *quo quinq; ordine conven. lib. 11. Boër deciſ. 60. num. 1.*

V. Tenetur quoque ex geſtis de dolo, lata & levi culpa, ubi tamen attendendum eſt principium, non verò finis, & ſufficit, quod negotium ſit utiliter geſtum à principio, licet diverſus exitus ſit ſequutus. *l. 10. §. 1. & l. ſucceſſori. 12. §. 2. ff. de negot. geſtis.*

VI. Neq;

VI. Neq; obligatur Eccleſia ex mutuo Adminiſtratoris Eccleſiæ, veluti Epiſcopi vel Prælati recepto pro meliorandis Eccleſiæ bonis, niſi Creditores doceant pecuniam converſam in utilitatem Eccleſiæ, vel conſenſus aut mandatum capituli intervenerit, aliàs ſucceſſor non tenetur, nec relevat Creditorem circa converſionem in Eccleſiæ utilitatem confeſſio Prælati &c. *per Auth: Hoc jus porrectum in fin. Cod de S. S. Eccleſiis l. ea enim. 2. cauſ. 10. q. 2. c. pen. X. de fidejuſſor c. 1. in fin. X. de ſolution:* Sed de hac materiâ à Clariſſimo & Conſultiſſimo Dn. Licentiato Chariſio amico meo ſingulari ac fraterno amore proſequendo, actum ex profeſſo fuſius in Diſput. ejus inaugurali.

VII. Adquiſita à Prælato vel Clerico poſt promotionem ad officium vel beneficium, cenſentur ex bonis Eccleſiæ vel beneficiis acquiſita, ſi nulla alia quam Eccleſiæ bona habeat Prælatus, vel aliunde quicquam lucrari poſſit. *vid. Joh. de Nevizanis conſil. 93. n. 24. & ſeqq.*

VIII. Econtrariò Eccleſia ipſi reſtituere cogitur expenſas, ſed ſolum neceſſarias ac utiles & bonâ fide factas, *per c. quicunq; 2. C. 12. q. 4. Tuſchus lit. N. pract. concluſ. 40. n. 15. & ſeqq.* etiamſi ſit conventum, ut expendat prout ſibi placuerit, & in liberam ejus voluntatem ſit commiſſum, ſemper tamen id intelligitur cum rectitudine & ſine dolo. *Jaſon conſil. 4. col. 2. ver: tertio libri, lib. 3.* Et ob expenſas & meliorationes, Adminiſtrator habet retentionis jus. *Weſenb. conſil. 37. n. 13.*

CAPUT VII.

De Cognatis.

ADminiſtrationem bonorum Civitatis & Minorum cum Eccleſiæ bonorum adminiſtratione habere quandam cognationem & ſimilitudinem ex præcedentibus colligere licet, nam ferè omnia requiſita quæ deſiderantur in Prælato & Adminiſtratore Eccleſiæ bonorum, ea quoque in Reipublicæ Adminiſtratore, Tutore & Curatore eſſe debent quoad rei adminiſtrationem, rei adminiſtratæ conſervationem & diſtractionem. Sed & Executores & Adminiſtratores legatorum piorum pauperibus relictorum habent cognationem cum Adminiſtratoribus Eccleſiaſticorum bonorum, quia bona pauperum bonis Eccleſiæ æquiparatur. *Abbas in c. nihil n. 10. & ſeq. de præſcript. Felinus in c. de quarta n. 3. ubi 19. exempla parificationis proponit X d. tit. Chriſtoph. Beſoldus v. 6. conſil. 263. n. 1.* imò per extenſionem ſub illis comprehendi poſſunt, ut dictum ſupra. CA-

CAPUT VIII.

De Contrariis.

I. HOc capite venire poſſent delicta Adminiſtratorum ſeu Prælatorum, & breviter quæritur, an ea præjudicent Eccleſiæ, v. g. ſi Prælatus rem alienam invaſerit? quod negari videtur, ſive Prælatus ſolus delinquat, vel in acquirendo vel omittendo, ſive cum conſenſu capituli delinquat: Nam quatenus Prælatus & capitulum delinquunt, excedunt officiũ, & adminiſtrare nõ dicuntur *argumento. l. qui fundum. 7. §. ſi tutor 3. ff. pro emtore*, & hinc tantò minus præjudicii Eccleſiæ creabitur. *argto. l. ſancimus. C. de poen. l. neq; 198. ff. de Reg. Jur. & c. delictum eodem tit. lib. 6. Menoch. conſil. 543. num. 12. vol. 6. & Remed. 9. recuper. poſſ. 101. & ſeqq. Tuſchus practicarum concluſ. 505. lit. P.* licet Eccleſ. locupletior inde reddita ad reſtitutionem teneatur. *Menoch. d. l. num. 113. Tuſchus d. l. n. 15.*

II. Quæritur etiam, ſuſpenſio ab adminiſtratione an ad Patronum, an verò Epiſcopum pertineat? Negando prius, affirmatur poſterius. Quemadmodum enim Clericus beneficium Eccleſiaſticum non poteſt impetrare ſine Inſtitutione Epiſcopi, quæ eſt quaſi in poſſeſſionem actualem officii ſui, ad quod fuit præſentatus & ordinatus, miſſio ſeu confirmatio. *cap. 1. & 2. de Inſtitut. in 6to* Et per hanc Epiſcopi inſtitutionem præſentato atque ordinato plenum jus absque aliâ traditione poſſeſſionis adquiritur. Finckelthaus *de jure patronatus cap. 2. n. 17.* Ita nec facultatem habet Clericus illud beneficium ſine licentia dimittendi. *argumento c. cum & plantare 3. §. in Eccleſiis: ibi, inſtitutos inconſultis Epiſcopis non audeant removere X de privilegiis* Omnis namq; res per quaſcunque cauſas naſcitur, per easdem etiam diſſolvitur. *c. 1. de Reg. Jur. in 6to. facit. c. 5. & fin. X. de Renunciatione. can. Abbas. 8.* C. *18. q. 2.* Finckelthaus *d. loco num. 24*

Sic quoq; diſputationem hanc inauguralem, nomine cujus incepi, cum Paulo *ad Epheſ. 3. in fin.* concludo.

Deo noſtro, qui poteſt ὑπὲρ παντα facere, quæ petimus aut cogitamus, Illi ſit gloria in Eccleſia per Chriſtum Jeſum in omnes ætates ſeculi ſeculorum.

AMEN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA